



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 322. Quid & quotuplex sit jus retractus specialis, prout distinguitur à jure protimiseos speciali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

ubi etiam istius revocationis ratio redditur: nimirum ne, dum confanguineis, proximis seu vicinis consortibusque conceditur, ut extraneos ab emptione removeant, homines res suas arbitrato suo distrahere, & de rebus suis disponere prohibeantur, quod omnino libertati venditionis & facultati de rebus liberè disponendi repugnat, estque contra *L. 1. C. commun. d. vid. L. in vitum C. de contrah. empr. l. 2. 1. C. mandati*, unde per dictam *L. dudum* istiusmodi jura prorsus abrogata pronunciant *Mynf. l. 3. obs. 51. in fine. Carpz. p. 2. const. 31. defens. 1. Berlich. p. 2. concl. 34. num. 1. Roland. à Valle. vol. 1. conf. 21. num. 8. & 22. Vultejus, Hillig. & plures alii apud Muller. in Struv. in ff. de leg. commissor. th. 55. lit. 8.* Ac proinde istiusmodi jura hodie dum non valent amplius, nisi fortè alicubi de novè consuetudine præscripta introducta, uti etiam quidam volunt memoratam constitutionem Frederici Imperatoris legitimam, eaque renovatum jus illud retractus protimiseos. Sed quidquid sit de hac constitutione, non obstante *L. dudum*, jus retractus (intelligendo per hoc tam jus protimiseos jam explicatum, quam jus retractus specialis mox explicandum) saltem gentilitium seu sanguinis universali totius Germaniæ consuetudine rursus inductum habetur & valet teste *Gail. l. 2. obs. 19. num. 1. Haunold. loc. cit. constatque experientia*: & probat hanc consuetudinem ratio: nimirum quia lugubre est videre paternas & avitas domus & majorum prædia transire & devenire in manus externas, *L. in fundo. ff. de R. V. l. 4. lex qua Tutores. C. de administ. Tutor. Muller. loc. cit. lit. 9. & ita Legistæ incut. L. dudum. Canonistæ inc. constitutus. de integ. rest. ubi dicta consuetudo approbatur.*

*Quæst. 322. Quid & quotuplex sit jus retractus specialis, pro ut distinguitur à jure protimiseos speciali jam explicato?*

**R** Esp. hoc jus retractus sic dictum à retrahendo seu reducendo & revocando bona alienata à legitimis eorum jam dominis & possessoribus ad alios, quibus competit, quod sit jus vel legis vel statuti, vel consuetudinis competens alicui ad rem ab alio alienatam, refuso ipsius domino & possessori pretio, sibi vindicandam. Unde jam etiam intelligitur jus hoc quoque ratione Originis aliud esse legale scriptum, aliud statutarium, aliud consuetudinarium, pro ut vel à jure communi seu lege scripta, vel statuto speciali quorundam locorum, vel consuetudine recepta & legitime præscripta inductum. Estque inter cætera jura retractus hujus species, quæ dicitur retractus communionis seu societatis conveniens iis, qui in eadem te jus & dominium indivisum habent, ut dum eorum unus suam partem vendidit extraneo, alter oblato eodem pretio, eam retrahere possit. *Castrop. tract. 33. d. 5. p. 59. §. 10. num. 2. & 3. dicens omnia in eo servanda, quæ in retractu confanguinitatis; uti idipsum ordine ostendit; quem vide. Præcipuum verò inter ea jura hujus retractus consuetudinarii est, de quo hic agitur jus illud, quod gentilitium seu confanguinitatis dicitur uti & legitimum & lineare, describique potest, quod sit jus consuetudinarium, quo proximi confanguinei rem extra familiam ab aliquo confanguineorum alienatam ex capite confanguinitatis pretio oblato intra tempora constituta legitime,*

retrahere & ad se revocare possunt. *Muller. loc. cit. lit. a. cum Lotich. de jure retractus, th. 20. quod jus ex jure divino, quo servabatur in Veteri Testamento, ut videre est Levit. 25. vers. 25. Ruth. c. 4. originem duxisse asserunt Mynf. loc. cit. num. 6. Marant. Boër. Chaffan. & alii plures apud Muller. loc. cit. th. 55. lit. v.*

*Quæst. 323. Quibus competat vel non competat jus retractus gentilitium?*

**R** Esp. ad primum: competit omnibus & singulis confanguineis. *Gail. l. 2. obs. 19. Mynf. cent. 3. obs. 51. num. 5. cum communi. Et sic in specie jus hoc retractus competit etiam ecclesiasticis & clericis, vi cujus dum confanguinei sunt venditoris rem descendentem à suis majoribus venditam tertio ab hoc retrahere possunt. *Molin. d. 370. §. ecclesiastici. Gutt. 2. 99. præf. quæst. 156. Gomez. Azeved. Tiraq. de utroq. retract. l. 1. §. 2. gl. 8. n. 41. & alii; quos citat & sequitur Castrop. l. c. p. 29. §. 3. n. 8. & 9. Arg. c. constitutum. dem integr. rest. cum receptum sit, clericum uti posse legibus & consuetudinibus in favorem laicorum latius non præjudicantibus libertati ecclesiasticæ. Postea quoque, dum clericus rem patrimoniam seu avitam vendidit laico, eandem retrahi & recuperari à confanguineo clerici venditis etiam laico, cum *Tiraq. l. 1. de retract. §. 1. gl. 13. num. 11. Gutt. l. c. num. 3. Gomez. & alii aut Castrop. l. c. num. 10. Item dum clericus emit à laico bona ejus avita, posse ea retrahi à laico confanguineo venditoris, asseruit *Idem. num. 12. cum Tiraq. ubi ante num. 2. Gutt. l. c. num. 4. Roland. à Valle conf. 21. num. 7. Marant. d. 8. num. 7. & pluribus aliis contra Afflic. & alios relatos à Tiraq. num. 3. eò quod leges retractus communes sint clericis & laicis, & si clericus uti potest jure retractus adversus laicum, potest & hic eo uti contra clericum. Ad hæc res avita, cum eo ipso, quod talis sit, nequeat extra familiam alienari, & ita alienata retractui proximioris confanguinei subiecta sit, cum hoc onere ad emptorem clericum transit, & hoc jus jam antecedenter & independenter à dominio clerici quæritum dicto confanguineo tolli ei non possit, unde retractus ille libertati ecclesiasticæ emptoris non præjudicat. ita cum *Gutt. & Marant. Castrop. l. c. qui etiam num. 13. citans. Molin. d. 370. §. ecclesiastici. Gutt. l. c. in fine. Azeved. & alii, subdit, idem esse seu posse à laico confanguineo retrahi bona avita vendita à clerico alteri clerico ex eodem principio: quod leges civiles communes tam clericis quam laicis utiles indifferenter ab omnibus sint servandæ, dum Jus Canonicum non contradicit. Porro retractus ille à laico intentandus est clerico coram Judice ecclesiastico, non tantum ubi tam venditor quam emptor est laicus, quam dum solus emptor, à quo avocanda bona avita, & clericus, actio enim tunc instituenda est contra clericum, in quem Judex laicus non habet jurisdictionem. Secus est, seu potest intentari coram Judice laico, dum emptor bonorum illorum est laicus, etsi venditor fuerit clericus. *Castrop. l. c. num. 14. cum Azevedo. De cætero religioso professo, etsi sit confanguineus, retractus non competit, eò quod is sit quasi mortuus, & per professionem amittat omnia jura, quæ in re temporales habuit, etsi non amittat jura sanguinis juxta *L. jura sanguinis. ff. de reg. jur. quæ personam illius non egrediuntur, puta jura nobilitatis.*******

Castrop.